Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8134
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Magna cura precipuoque studio referren-
dum est quantopere libidinis et avaricie
furori similes impetus ab illustrium virorum pecto-
ribus consilio ac rōe summoti sunt. Quia hii
demum penates ea civitas id regnum eterno ingradu
facile steterit. Ubi minimum virum venerio pecu-
nieque cupido sibi vendicaverit. Nam qui iste gene-
ris humani certissime pestes penetraverint
iniuria dominatur infamia flagrat. Igitur con-
trarios hiis tam duris viciis commemoremus mores

De Marco Catone

Verum ut Scipionis abstinencie testis est
Hispania ita Marci Cathonis Ephirus Achaia Cicla-
des insule maritima pars Asie provincia Cipro.
Unde cum pecunie deportande ministerium susti-
neret tam aversum animum ab omni vene-
re quam a lucro habuit in maxima utriusque inte-
perancie versatus materia nam et regie divicie
potestate ipsius continebantur et fertilissime de-
liciarum totius grecie urbes necessaria totius naviga-
cionis diverticula erant. Atque id Munacius Ruffus
Cypriace expedicionis fidus comes scriptis suis sequitur
cuius testimonium non amplector proprio enim
enim argumento laus ista nititur quoniam ex eodem
naturae utero et continencia nata est et Catho

De Fabricio Lucino

Fabricius Lucinus honoribus et autorita-
te omni civitate temporibus suis maior
censu par unicuique pauperrimo qui a Sannitibus